

referenda sunt omnia. Quia ciuitas munita desolata est. Speciosa quondam relinquatur quasi  
desertum et ibi uentus accubabit et consumeret propagines humae et omnia siccabuntur.  
Quoniam non est populus habens intellectum et propter stultitiam eius nullam a creatore suo mise-  
ricordiam consecutus est. Idcirco percutiet siue concludet dominus ab alueo uel truo fluminis  
usque ad torrentem aegypti ut in uniuersa iudaea quae quondam in re promissionis terra fuit  
nullus repperiatur sermo doctrinae. nihil scientiae scripturarum. de quibus et apostolus  
loquitur ut non attendamus iudaicis fabulis et mandatis hominum quia uertuntur aue-  
ritate et iterum sunt enim multi et non subditi ac uaniloqui et seductores quos oportet  
redarguere praecipuae excircumcisione. Alueum autem siue riuum fluminis iuxta  
historiam eufraten possimus dicere sicut et in septuagesimo primo psalmo scriptum est.  
dominabitur amari usque ad mare et a flumine usque ad fines terrae. Alii iordanem putant  
et hoc notandum quod in iudaea terminis fluminis appellatur in aegypti finibus torrentis  
qui turbidas aquas habet et non perperuas. pro torrente aegypti. Lxx RINOCORURAM  
translulerunt quod est oppidum in aegypti palestinaeque confinio non tam uerba scripturarum  
quam sensum uerborum exprimentes. Quod autem nos diximus percutiet pro quo. Lxx  
translulerunt. CYNIPALCEI. id est concludet aquila et theodoto. PABALCEI. inter praesentia sunt  
quod si uerba percutiet siue ad uirgam recenset numerum gregis sui intelligi potest.  
ut non in malum sed in bonam partem accipiat, et uos congregabimus in unum et unus filius  
israhel. Lxx uos autem congregate unum et unum filios israhel. O filius inquit israhel pro quo in  
terpretatus est symmachus domus israhel. percussit aduersarius uos in truo fluminis usque ad tor-  
rentem aegypti id est ab eufrate usque ad niolum uos uel ipsi congregabimini ad fidendum  
unus et unus quia iudaeorum turba non creditur. per quos significat paucos ex iudaeis in  
saluatorem dominum credituros. uel certe. O apostoli et apostolice uiri. iudaeorum multitu-  
dine non credente. uos de toto orbe quos potueritis quasi uos morbidas referte ad caulas  
domini et congregate eas cum gentium populo et impleatur illud quod paulus barnabas  
locutus iudaeis uobis quidem oportebat primum adnuntiare uerbum dei sed quia indig-  
nos uos iudicatis salute. ecce conuertimur ad gentes. Et erit in die illa elongetur in uita  
magna et uenient qui perierant de terra assyriorum et qui exierant in terra  
aegypti et adorabunt domino in monte sancto hierusalem. Lxx Et erit in die illa conuertit  
tuba magna et uenient qui perierant in regione assyriorum et qui perierant in  
aegypti et adorabunt dominum super montem sanctum hierusalem. In hoc loco iudaei casu sibi  
uota promittunt quod in consummatione mundi quando antichristus dicit helim me-  
nus suus uenerit de assyriis et de terra aegypti dispersus populus congregatur et uenit  
at hierusalem et aedificatio templo adoret dominum deum suum quod secundum litera-  
ram omnino stare non potest. neque enim de assyriis tantum et de aegypti sed de  
toto orbem terrarum qui in christo credituri sunt uocabuntur. ergo hoc significat quod  
in nouissima tuba iuxta apostolum paulum omnes qui perierant in assyriis

Amichin. An. die